

que fit per viam statuti vel consuetudinis; atque ita eum qui reos inconsulto Episcopo extrahit ab Ecclesia incidere in excommunicationem Bullæ Cœne sentit, licet id alias non probet. Ant. Fab. in suo Cod. defn. for. tit. de his que ad Eccles. con- fag. n. 17.

Præterquam quod et si Bulla Cœne ad hunc casum non pertineret: satis est tamen ut per alios Canones & Constitutiones censuræ impostæ propter offensam libertatis Ecclesie sint reservatæ Sedi Apostolicæ. Quinimod et si Gregorius suam Constitutionem non edidisset: adhuc tamen excommunicatio extrahentium reos ab Ecclesiis in casibus non exceptis esset reservata per dictas Extravagantes, quæ cum casum offensæ libertatis Ecclesiasticæ recensent tanquam reservatum, nec distingunt speciem offensæ: certè non minus intelligi debent de offensione libertatis Ecclesiasticæ, quæ fit extrahendo alicuius ab Ecclesia, quàm de alia offensæ specie & qualitate; utroque enim modo dicitur ac violari Ecclesiæ libertas, ut patet in c. reum, in c. frater & in c. defuivit 17. q. 4. ut dictum est supra.

Neque his obstat Extravag. Inter cunctas quæ est prima in tit. de privil. inter communes ubi Benedictus XI. ponit violationem immunitatis & libertatis Ecclesiæ inter casus reservatos ex consuetudine.

Respondetur enim dict. Extravag. fuisse postea revocata à Clemente V. in Concilio Viennensi, ut patet in clement. Dudum in princ. de sepult. ut illic advertit gloss. in verbo aliam & in d. Extravag. Inter cunctas in ver. constitutionem & Ang. in ver. casus.

Postremo in confirmationem hujus sententiæ afferuntur duo Decreta Clementis VIII. ex voto Sacre Congregationis Episcoporum edita, quæ satis aperte dirimunt hanc controverfiam,

et enim in primo Decreto prohibetur quibuscumque confessoribus quemque absolvat à casibus quomodocumque Sedi Apostolicæ reservatis. In secundo declaratur quoniam sint hi casus; & inter alios commemoratur violatio immunitatis Ecclesiasticæ in terminis Constitutionis Gregorii XIV. Quare manifestum est hodiè hunc casum esse reservatum Pontifici. Quod autem in secundo Decreto Clementis in prima parte agatur de casibus Papæ, non autem Episcopo reservatis: ex eo patet, quia de reservatis Episcopo specialiter agitur paulò inferius in verf. Item omnes casus.

Næque obstat, ut notatur in praxi Archiepiscopali Montis Marani in addit. quòd Decretum Clem. præservet potestatem Episcoporum & non afficiat nisi confessoribus, nam respondentur dictum Decretum quò parte prohibet absolutionem à reservatis, non comprehendere quidem Ordinarios locorum, sed ubi docet casum violatæ immunitatis esse reservatum Pontifici, necessariò insinuat illius absolutionem ad Ordinarios non pertinere. Hæc enim importat reservatio, ut c. Nuper infra eod. c. 2. de panis. & remiss. lib. 6. c. ult. de off. vic. eod. lib. c. quòd translationem cum hic not. supra de off. leg. cum similib. atque ita quamvis de novo non prohibeat, indicat tamen hanc esse juris prohibitionem quæ admittit Episcopis absolventi facultatem.

Proposito supra scripto dubio in Sacra Congregatione Cardinalium Tridentini Concilii Interpretum, videlicet an absolutio à censuris ob violatam immunitatem Ecclesiasticam juxta terminos Constitutionis Gregorii XIV. quæ incipit, Cum aliis nonnulli, sit Sedi Apostolicæ reservata, necne: Sacra Congregatio censuit esse Sedi Apostolicæ reservatam.



DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS

Idem Innocentius III. Abbati Sancti Andrea.

CAPUT XXVIII.

**A** Nobis est sæpè quæsitum, utrum si aliquis excommunicatus, in quo indicia fuerint pœnitentiæ manifesta, nec per eum steterit, quo minus reconciliaretur Ecclesiasticæ unitati, non suscepto beneficio absolutionis decesserit, pro absoluto ab Ecclesia sit habendus? Et utrum pro tali recipienda sit eleemosina & à fidelibus sit orandum? Et infra. Nos igitur consultationi tuæ breviter respondemus, quòd iudicium Dei veritati, quæ non fallit nec fallitur semper innititur: iudicium autem Ecclesiæ nonnunquam opinionem sequitur, quam & fallere sæpè contingit & falli: propter quòd contingit interdum, ut qui ligatus est apud Deum, apud Ecclesiam sit solutus; & qui liber est apud Deum, Ecclesiasticâ sit sententiâ innodatus. Vinculum ergò, quo peccator ligatus est apud Deum, in culpæ remissione dissolvitur illud autem, quo ligatus est apud Ecclesiam, cum sententiâ remittitur, relaxatur. Quòd in suscitatione Lazarifermo Evangelicis manifestat: quem prius Dominus suscitavit & Apostolis præcepit postmodum solvere suscitatum. Undè quantumcunque se quis iuramento præstitit, quòd Ecclesiæ mandato pareret, humiliare curaverit, quantumcunque pœnitentiæ signa præcesserint, si tamen morte præventus absolutionis non potuerit beneficium obtinere, quamvis absolutus apud Deum fuisse credatur, nondum tamen habendus est apud Ecclesiam absolutus. Potest tamen & debet ei Ecclesiæ beneficio subveniri, ut si de ipsius viventis pœnitentiâ per evidentia signa constiterit, defuncto etiam absolutionis beneficium impendatur. Nec obstat, quòd Ecclesiæ legitur attributa potestas ligandi atque solvendi homines super terram, tanquam non possit solvere & ligare sub terra sepultos; & quòd legitur, non communicetur mortuo, cui non est communicatum & vivo: cum & si communicatum non fuerit, communicandum tamen illi fuisset, quem non contemptus religionis, sed necessitatis attulit impeditivæ & in certis casibus à Canonibus denotatis, ligasse legatur Ecclesiæ mortuos & solvisse. Ut autem in uno pariter & eodem negotio & servemus rigorem & mansuetudinem ostendamus: statuimus, ut illius mortui absolutio à Sede Apostolica requiratur, qui cum viveret, ab ea fuerat absolvens: alio-

rum autem absolutionem ex præmissa causa cæteris indulgemus, à quibus dum viverent, fuerant absolventi. Absolutionis autem forma servetur, ut fiat cum pœnitentiâ Psalmo & tam oratione Dominica, quàm alia consueta. Hæredes quoque ipsius ad satisfaciendum pro ipso, si monitione præmissa noluerint, per distractionem Ecclesiasticam compellantur.

SUMMARIUM.

- 1 Excommunicatus, in quo apparuerit in morte contritionis evidentiâ signa, post mortem absolvitur ab eo, à quo vivens fuerat absolvens & n. 14. & 30.
- 2 Et hæredes ab Ecclesia pro eo satisfacere compellantur & n. 3. & n. 31.
- 3 Excommunicato defuncto non est communicandum ante absolutionem, nec pro ipso orandum, licet sit quoad Deum absolutus.
- 4 Veritas & opinio in quo differant & n. seqq.
- 5 Veritas est solidissima res, & murus in expugnabilis.
- 6 Veritas potest se habere ad verum & ad falsum.
- 7 Opinio potest se habere ad verum & ad falsum.
- 8 Ecclesia quandoque errat ligando non ligandum.
- 9 Et quid in Ecclesia urversali.
- 10 Contritus est absolutus quoad Deum etiam ante absolutionem sacramentalem.
- 11 In contritione tamen sacramenta votum includitur.
- 12 Pœnitentiâ signa qua sunt.
- 13 Absolutionis formula pro excommunicato, qui in excommunicatione decessit.
- 14 Mortuus potest creari miles.
- 15 Mortuus an possit fieri Doctor.
- 16 Mortuus potest injuriâ inferri, & n. seqq. si tamen sed non verè n. 21.
- 17 Legatarius carnaliter cognoscens uxorem testatoris post ejus mortem, indignus est legatus.

- 19 Mortuum spoliari dicitur eum offendere.
- 20 Mortuos exterrantes, membratim coincidentes aut aquis cogentes, excommunicati sunt.
- 21 Exanimatum corpus vulnerari non punitur tanquam de vulnere.
- 22 Irregularis an sit Clericus qui volens occidere hominem eidem mortuo caput amputavit, & n. seq.
- 23 Irregularis non est dans causam aborti factus inanimati.
- 24 Irregularitas non contrahitur nisi in casibus in iure expressis.
- 25 Mortuum Clericum percussit an sit excommunicatus & n. seq.
- 26 Mortuus potest tradi Ecclesiasticæ sepultura tempore interdicti, si vivens habebat privilegium de ingrediendo in Ecclesiam.
- 27 Privilegium Canonis an datum fuerit in favorem Ordinis clericali, & n. 29.
- 28 Mortuus non potest tradi sepultura in civitate in qua vivens morari non poterat.
- 29 Hæredes ejus qui post mortem debet absolvi, compellantur ab Ecclesia satisfacere injuriam passæ, quamvis sint laici.
- 30 Hæredes an teneantur satisfacere pro excommunicato absolvens, licet ad eos nihil pervenerit ex bonis defuncti & n. seqq.
- 31 Quid si defunctus dederit signa contritionis.
- 32 Et quid si non dederit hujusmodi signa.
- 33 Votum defuncti tenetur hæres adimplere.

**A** Nobis, il secundo. Excommunicatus, in quo apparuerunt in morte contritionis evidentiâ signa, post mortem absolvitur ab eo à quo vivens fuerat absolvens. Ad satisfactionem verò ad quam tenebatur compellitur hæredes. Hoc dicit Joan. Andr. Burr. Cardin. & Ancharan. vel plenius secundum Abbatem, Felin. & Marian. Soccin. excommunicato decessit in excommunicatione quantumcumque contritus decesserit, non est communicandum ante absolutionem, nec pro eo orandum, licet sit quoad Deum absolutus: sed si constiterit Ecclesiæ de contritione precedenti absolvitur etiam post mortem ab eo à quo vivens fuerat absolvens; & hæredes ejus compelluntur per Ecclesiam ad satisfactionem pro eo. Hoc dicitur. Dividitur in duas partes principales, & secunda subdividitur in septem, ut per Joan. Andr.

Nota primò hic, veritatis qua non fallit, &c. differentiam esse inter veritatem & opinionem, nam veritas, nec fallere, nec falli potest, quia, ut dixit Philosophus in 1. Ethicor. vero omnia consonant & veritas est perpetua existens rei tanta soliditas, ut cæteris defluentibus, ipsa in suo esse maneat inconcussa, secundum Joan. Andr. in cap. 5. Damnamus, num. 11. de fid. Cathol. & est solidissima res & murus inexpugnabilis, ut legitur Esdræ 3. cap. 4. & notat Bald. in cap. Sicut n. 11. verf. Quia veritas de probatione, cum similib. ut per Asslic. de off. 253. n. 7. Opinio verò potest se habere ad falsum & ad verum & à Philosophis definitur esse assensus pro una parte cum formidine alterius ut dixi in cap. Ne innotari num. 44. supra de Constitut. & idè falli & fallere potest, ut hic.

Secundò nota hic, iudicium autem Ecclesiæ, quandoque Ecclesiam errare ligando non ligandum vel absolvens non absolvens; & rationem habes in textu, quia illius iudicium non nunquam innititur opinioni, secundum quàm iudicat de iis quæ proflus manifesta non sunt: merito falli ac fallere potest, & sic errare; cum errare aliud non sit quàm unum pro alio putare, c. In quibus 22. qu. 2. c. Quamvis 28. dist. quod tamen intelligit Host. hic num. 3. de Ecclesiâ particulari, non autem de generali simul congregata quia illa nunquam errare potest, c. Arrèta 24. quæst. 1. secundum eum, sed Abb. hic num. 2. dicit hoc verum esse in his quæ pertinent ad fidem, seu articulos fidei. In reliquis vero secundum eum Ecclesiâ universalis potest errare cum ducatur opinione, quam fallere sæpè contingit & fallit ut hic dicitur, quemadmodum & generale Concilium universale Ecclesiam representans errare potest excommunicando fortè Præfatum, qui non erat excommunicandus; & hoc magis placet etiam Marian. Socin. hic n. 10. Sed de Fagnan. in V. Lib. Decretal.

hac materia tu vide omnino quòd scripsi in cap. Majores à n. 3. usque ad num. 37. supra de Baptisim. ubi latissime examinavit an & quando iudicium Ecclesiæ & Concilii sit infallibile.

Tertiò nota hic, quamvis absolutus apud Deum fuisse creditur, arg. quòd eo ipso quòd quis est de peccato contritus est absolutus quoad Deum etiam ante absolutionem sacramentalem; & sic contritio peccatum remittit, dummodò sit in actu vel fide, seu spe suscipienda absolutionis, Mar. Soc. hic num. 13. Hodiè hoc definitum est à Tridentina Sinodo, sess. 14. in doctrina de Sacrament. Panit. cap. 4. de contrit. hic: Docet prætered et si contritioem hanc aliquando charitatem perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliare, priusquam hoc Sacramentum actu suscipiatur, ipsam nihilominus reconciliationem ipsi contritioni sine Sacramenti voto, quòd in illa includitur non esse adscribendam.

Quartò nota hic, per evidentia signa constiterit; Pœnitentiâ & ea quæ consistunt in animo, probari per signa exteriora. Sunt autem pœnitentiæ signa verbalis delectatio delicti, petitio absolutionis, oblatio Sacramenti de parendo mandatis Ecclesiæ, elevatio oculorum & manuum ad caelum, percussio oris & pectoris, quia forte loqui non potest & his similia, c. Qui recedunt, c. præcedent. & tribus seqq. 26. qu. 6. Hostien. hic num. 1. Joan. Andr. num. 2. & alii communiter; & adde quòd scripsi in c. Ad abolendam à n. 15. supra de heretic.

Quintò nota hic, Defuncto etiam absolutionis beneficium impendatur; non tantum vivum, sed etiam mortuum qui ante obitum dedit evidentia signa pœnitentiæ, absolvi posse ab excommunicatione; & ita fuisse practicum in persona incliti Capitanei Domini de Forte Brachio, refert hic Marian. Socin. in 8. notab. & ego sæpius vidi observatum in Sacra. Pœnitentiaria. Formalis autem pro absolutionis illius qui in excommunicatione decessit, est hujusmodi videlicet: Quare si sit vobis usum fuerit, vobisque de prædictis N. viventis pœnitentiâ per evidentia signa constiterit ut eundem sic defunctum, dummodò illius hæredes injuriam passit quibus ille, si viveret, occasione præmissorum satisfacere teneretur prius competenter satisfaciant vel per eos non fiet, quantum arbitrio vestro satisfaciant competenter in eo in quo tenentur ab excommunicationis sententiâ, quam propter præmissa incurrit, absolvere in forma Ecclesiæ conjuncta & in foro conscientia tantum licitè valeat ad effectum dantur ut pro illius anima publica & privata orationes ac preces fieri, ejusque corpus Ecclesiasticæ tradi sepultura possint, facultatem & autoritatem vobis concedimus. Dat. &c.



- revocata, aut Ordinarii licentia abentes magis delinquant, quam ingredienti sine licentia & n. seqq.
- 24. Frequentia delicti est iusta causa reservationis absolutio- nis.
- 25. Episcopi non debent promissis sibi reservare casus, qui- bus à jure annexa est excommunicatio, nisi forte propter frequentiam, scandalum vel aliam necessariam cau- sam.
- Statuens contra libertatem Ecclesie magis puniatur, quam statuens contra jus Ecclesie, licet minus delinquant, & cur? Ibidem vers. Hinc est illud statuens.
- 26. Ecclesiarum fructus, & bona subripientes non incidunt in excommunicationem, nisi id faciant autoritate usurpa- ta, & sub ratione honorum Ecclesie.
- 27. Domini temporales, & magistratus quicumque impediunt libertatem Matrimonii, incidunt in excommunicationem c. 9. sess. 24. de reform. Matrimon. Concilii Tri- dentini, non autem privati personæ.
- 28. Casus omitti in lege nova remanet in dispositione juris antiqui.
- 29. Monasterium Monialium ingredienti sine licentia ex Concilio Tridentino incidunt in excommunicationem, non tamen Sedi Apostolicæ reservatam.
- 30. Papa nulla est major in Ecclesia, quam excommunicatio; idcirco in illa non debet fieri extensio, sed potius res-

**N**uper. Detinens Clericum in custodia, vel vinculis, etiam sine lesione corporali, excommunicatus est: & communicans excommunicato scienter in crimine est excommunicandus & nisi difficultas impediatur, absolvi debet ab excommunicatore, vel ipsius superiore & cum juramento. Communicans extra crimine reconciliari potest per simplicem sacerdotem sine juramento. Hoc dicit. Dividitur in duas par- tes. In prima ponitur bimestris consultatio. In secunda bi- mensibis respectu ibi, nos igitur: & utraque subdividitur, ut per se patet.

Nota primo quoad incurrendam excommunicationem Can. Si quis suadente paria esse Clericum percutere, aut eum in custodia publica, vel privata, aut in vinculis detinere etiam sine lesione corporali, ut hic est casus secundum omnes: quod tamen declaratur, ut dicam infra n. 12.

Secundo nota ibi, vel etiam detrahunt in vincula: aliud esse in carcere & aliud in vinculis detinere, ut hic per Butr. num. 2. quod nota pro statutis secundum Marian. Socin. numer. 5.

Tertio nota ibi, corporalis lesio non fuerit subsequuta ex sola detractione in carcerem, vel in vincula non dicit quem corporaliter laedi secundum Joan. Andr. hic num. 1. in ver. Lesione & Butr. eodem num. & ver. & in 4. notab. Abb. n. 3. & Marian. Socin. num. 6. Ratio est, quia considerari debet, quod principaliter agitur, cap. Cum voluntate infra eodem, carcer autem & vincula principaliter non sunt ad poenam, sed ad custodiam, ut l. Aut damna, §. Solent ff. de pen. quod similiter nota pro statutis, ut hic per Anchar. num. 5. nam quoad effectum incurrendi excommunicationem late sententia ob violentam manuum injectionem in Clericum, hæc non differunt ut dixi supra in 1. notab.

Quarto nota ibi, citra quam violentia lapsus circa Cleri- cos nequiter perpetratur, violentiam Clerico inferri posse etiam sine manus injectione, seu corporis lesione. Ratio est, quia debemus in his magis attendere injuriam & violentiam, quæ sapienter causam finalem, quam manus, quæ sapienter demonstrationem, ut hic per Cardin. numer. 3. & plenius dicam infra num. 30. in fin. exemplum ponit Innoc. num. 1. & 2. velut, si quis enfem vibret, vel aliter necem commi- netur, nisi carcerem ingrediatur. Vel si Clerico in domo propria, vel aliena existentis clausis foribus, vel postis cus- todibus admittatur libertas exeundi: neque enim, ut Innocen- sit videtur vis esse an clausis sit carcere, an ligatus funi- bus, an custodibus vallatus, omnes enim isti in custodia sunt & in personam violentiam patiuntur, quia detinentur no quo velint abire possint: nec multum differt à specie ser- vitutis, cui libertas recedendi non datur, l. 3. ff. de liber. hom. exhiben. Eodem modo violentia est si res de manu Clerici rapiatur, vel que aliis ipsius corpori adherent; aut si Clericus detineatur per vim, qua induitur, vel per frenum equi, cui incidit, licet secus esset si equus interfe- ceretur: ita Innoc. cum quo transeunt hic Host. & Abb. Antiq. ambo n. 1. Joan. Andr. num. 2. in ver. Detrahunt, Card. n. 4. Anch. n. 2. & 3. & reliqui omnes.

Hæc tamen notabiliter limitant Doctores, ut procedant dummodo sunt animo inferendi injuriam, seu violentiam Clerico secus si aliam ob causam. Unde si quis Clericum in castro oblideret non animo detinendi eum in custodia, sed capiendi castrum, vel faciendi Clerico verecundiam utique in Canonem non incidere, secundum Innoc. n. 1. vers. Sed quando, & Cardin. num. 4. vers. Hoc procedit. Et idem

- 31. Clericum pedibus percussis vel perfundens aqua, aut in eum spuens, vel ejus vestem frangens excommuni- catus est.
- 32. Reservatio casus non induitur ex eo quod Summus Pon- tifex absolutionem ab illo casu impertitus fuerit, & num. seqq.
- 33. Pœnitentes habent tres iudices, qui nomine proprii sa- cerdotis comprehenduntur, Papam, Episcopum & Pa- rochum.
- 34. Papa si aliquid faciat de plenitudine potestatis, non præjudicat inferioribus, nec contra eos præscribit.
- 35. Mulieres absque licentia Monasteria virorum ingredien- tes, ex declaratione Pii V. incidunt in excommuni- cationem Papæ reservatam.
- 36. Excommunicatio propter ingressum in Monasteria Mo- nialium ad malum finem, est Sedi Apostolicæ reservata.
- 37. Absolutio à censuris, in quas incidunt Prælati ingredien- tes Monasteria Monialium contra formam Constitutionis Gregorii XIII. an sit Papæ reservata & n. seq.
- 38. Statuimus, & decernimus sunt verba novi juris indu- ctiva.
- 39. Prælati ingredienti Monasteria Monialium in cassum non necessarii, vel cum magno comitatu quis sanas incurran.

esse si quis citra manuum injectionem, vel detentionem corporalem per metum cogeret Clericum ad se redimendum, vel exeundum è domo sua, quam postea occuparet: non enim esset excommunicatus, quia hæc perpetravit potius animo lucrandi, quam inferendi injuriam, nec in personam manus inject, vel quasi inject violentiam, ut dicitur Host. hic num. 1. vers. Quid enim si quis, Joan. Andr. num. 2. vers. Dicimus ergo & Card. num. 4. vers. Per hoc etiam inferitur, ubi tamen concludit excommunicationem incurri quocumque per violentiam Clerico, per quam scilicet impeditur ei libertas prædicte; non causative & quando fit hoc animo ut impediatur alius fecit.

Quinto nota hic licet consilium impendendum. Communicantem criminoso in crimine, id est præstando illi consilium, auxilium vel favorem, teneri eidem penam cum principali. Rationem habes in littera, quia scienter & consentiente pari poenâ constringit, de quo in leg. Is qui opem, ff. de iur. & in cap. 1. supra de Offic. Deleg. & iustissime per Marianum Socinum in capite Ad audientiam, supra de homicid. in 7. principali artic. à quest. quinquagesima usque ad centesimam.

Sexto nota hic Aut aliis in oratione, intelligi quem parti- cipare cum excommunicato, non solum comedendo, loquendo aut doctulando, sed etiam secum orando, concordat cap. Cum excommunicato & cap. Qui communicaverit 11. quasi. 3. cap. significavit, supra eod. & notat glossa in cap. statutus in ver. Constitutionibus, infra eod. lib. 6. de quo plenè per eundem Mar. Soc. in cap. Satis in 19. principali artic. infra eodem.

Septimo nota in vers. Secundo verò casu; & signa differen- tiam inter communicantem in crimine & communicantem extra crimine; ille enim incidit in excommunicationem majorem & absolvi non potest, nisi ab excommunicatore vel ejus Superiore & cum juramento de parendo illius mandato; hic verò ligatur minori tantum excommunicatione & absolvi potest à simplici Sacerdote sine juratoria cautione, at in fine textus; an autem scienter communicans excommunicato extra crimine peccet mortaliter, examinat Archidiaconus in cap. Rogo 1. q. 3. & Joan. Andr. in c. Sacris n. 20. supra de his que vi met. caus. Ceterum advertere ne decipiat, quia hodie ex Constitutione Martini V. in Concilio Constantensi edita que incipit Ad evitandum, permittitur est communicare cum excommunicatis à Canone vel ab homine, etiam in administra- tione & receptione Sacramentorum vel aliis Divinis, præter- quam in duobus casibus, videlicet si excommunicati sint pub- licè denunciati aut notorii Clericorum percussores qui dicuntur excommunicati non tolerari. Et in his duobus casibus duntaxat, non autem in excommunicatis tolerantis locum habet, quod hic dicitur de incurso excommunicatis majoris propter participationem cum excommunicatis in oratione & de incurso excommunicatis minoris propter participatio- nem cum excommunicatis extra crimine: quod bene notabis ad limitationem hujus textus. De intellectu autem illius Con- stitutionis scripsi latissime in c. Quod à prædicatore à n. 39. supra de schismat. ubi etiam n. 56. dixi an eidem Consti- tutioni fuerit derogatum quoad notorie excommunicatos per aliam Constitutionem Concilii Lateranensis novissimi, sub Leone X.

Ultimo nota hic quia tamen conditor Canonis, textum opti- mum & notabilem, ut hic ait Felin. n. 1. in ult. not. quod ab omni excommunicatione lata à Canone, potest inferri ab- solvere

solvere quocumque conditor Canonis absolutionem sibi non reservavit; & ad hoc quotidie allegatur hic textus & locum habet nedum in Canone Papæ, sed etiam in Canone seu statuto cujuscunque Episcopi vel Prælati Ecclesiastici, ut ex- communicatus per illius statutum absolvi possit à proprio Sa- cerdote ex quo conditor Canonis sibi non reservavit absolu- tionem; & hoc nota, quia quotidie occurrit in practica se- cundum Abbatem hic, numero 5. locum tamen habet in ab- solutione, prout loquitur; non autem in dispensatione, ut scriptis plenè, assignando rationem differentiam in cap. Di- lectus, à numero 10. usque ad numerum 16. supra de temp. Ordinat.

17. Ex prædicta regula infero ad questionem, an ingrediens septa Monasterii Monialium absque licentia Ordinarii vel alterius Superioris incurrat excommunicationem Sedi Aposto- licæ reservatam ex Constitutione Gregorii XIII. edita Idibus Junii 1575. que incipit Ubi gratias.

Ex his qui post Gregorianam Constitutionem scripserunt, nonnulli opinati sunt non esse constituendam differentiam, an quis præterit licentiam, an vero sine illius clausuram Mo- nasterii Monialium ingrediatur, sed utroque casu absolutio- nem esse Summo Pontifici reservatam ob identitatem, seu potius majoritatem rationis, ne deteriori sit conditionis qui temerè ac proprio aude ingrediatur, quam qui aliquid causa: licet injusta se excusat, arg. e. Illud, vers. Licet autem, de Cler. excomm. missi. Hoc enim est quod dicitur glossæ ordina- rie in l. Ex concessa, §. ff. de appell. & l. 2. §. si quis iud. non obtemp. non solum iustam causam & rationabilem quem à contumacia excusare, sed etiam injuriam & quod legi- tur in l. 1. in fin. ff. de abig. & in l. pligii ff. ad leg. Plan. de Plag. in quibus est expressum non solum legitimum, sed & illegitimam causam excusare à dolo: quam regulam dixit communem Dec. conf. 170. V. so themate, col. ult. in princ. Item ubi est culpa major, hic debet esse major vindicta, c. Excommunicatus, §. credentes de heret. & ubi magis exceditur, hic est severius vindicandum, c. fin. ad fin. de excess. Prælat. Collectar. in c. n. 2. supra de schismat. poena enim debet commensurari delicto, c. Non offeramus, 23. q. 1. & notat glossa 1. in c. proposito 17. q. 1. Bart. in l. Levius in princ. ff. de accus. Bald. in Auth. Clericus, col. 2. C. de Epsic. & Cler. Dec. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, n. 1. de Confess. & confirmatur, quia ut inquit Card. in 1. notab. dispositio penalibus injungens poenam excommunicationis, non restringitur, sed extenditur; Papa enim hic extendit Card. si quis vadens, 17. q. 4. ut comprehendat non solum incipientem manum, sed etiam alias turbantem libertatem Clerici.

Et primo inter hos Autores adducitur Martinus Alphonsus de Vivaldo in suo Candelabro aureo in tract. de excomm. ex Extravaganti & Concilio, fol. 31. in septuagesima & ultima excommunicatione, ubi inter excommunicatos excommuni- catione soli Papæ reservata virtute Gregorianæ Consti- tutionis enumerat ingrediens septa Monialium sine licentia Superioris; & idem confirmat, fol. 36. loquens de excommuni- catione ex Concilio Tridentino hic: Sexagesima quarta est, dum dicit: nunc verò est reservata Papæ per Gregorium.

Secundo adducitur Ludovicus de Beja in suo Tractatu res. sol. conf. casu 3. incip. Ursula, quem sequitur Lelius Zecchius in elucidatione casuum Episcopos reservatorum in casu 10. fol. 623. & eorum opinioni videtur suffragari quod Summus Pontifex aliis ad supplicationem penitentium & etiam Episcoporum concessit absolutionem prædicti casus tan- quàm sibi reservatam, per quod videtur inductus usus reser- vationis ejusdem casus.

Ultimo asseritur auctoritas Navari in c. Statuimus sub n. 26. in 7. notab. 19. quest. 3. Comment. 4. de Regular. & in Manual. cap. 17. sub num. 150. ubi affirmat dictam Consti- tutionem includere etiam intrantes septa Monasterii non ha- bentes licentiam & se credere hanc fuisse mentem ejusdem Gregorii.

Hic tamen non obstantibus contrarium verius videtur, nam Constitutio Gregorii expresse loquitur de ingredientibus præ- textu licentiarum revocatorum; & de his qui habent li- centiam ab Ordinariis in casibus permittis; & que abutuntur, ut patet ex rubrica & ex verbis Constitutionis, præsertim in proemio à quo causa finalis colligitur, l. 1. ff. ad Macedo- nel. l. 1. ff. de hered. instit. l. Titia, §. Idem respondit, ff. de verb. oblig. Oldrad. conf. 103. questio est, vers. Secundo ex hoc & ad cuius limites restringitur generalitas dispositionis. Bald. conf. 159. Eleganter & copiose n. 4. vers. Nisi dicamus lib. 2. Roman. conf. 16. V. so themate n. 4. & seq. in quo quid- em proemio verbum nullum legitur de excommunicatione contra ingredienti absque licentia: undè cum eis non con- veniant verba Constitutionis, consequens est ut nec con- veniant illius dispositio, l. 4. §. Toties, ff. de dam. infect. quia lex non imprimit effectum suum nisi in illas personas quibus verba legis congruunt & adaptantur, ut inquit Gemin. conf. Fagnan. in V. Lib. Decretal.

68. Innoc. sub n. 4. vers. cum ergo concurrant; & si Gre- gorius voluisset comprehendere ingredientes absque licentia, expressisset de ingredientibus, prætextu licentiarum & cap. 2. de translat. Episcop. cap. Ad audientiam, de decim. & in materia excommunicationis est bona glossa in c. prudentiam, §. Sexta in ver. vinculo excommunicationis de off. Deleg.

Et ed magis, quia consideratur etiam diversitas rationis inter eos qui absque licentia ingrediuntur; & eos qui ingre- diuntur prætextu licentia revocata, aut abutuntur licentiâ Ordinarii. Siquidem licentia præbet ingredientibus aniam multò liberius & frequentius delinquendo, exemplo tutoris suspecti fideiussionem præstantis: quo velamine datur ei oc- casio diutius grassandi in re pupillari, §. fin. Insti. de suspect. tutor. junctâ glossâ in verbo præstat. l. Suspectus & l. Quia satisfactio, ff. eodem; at verò hic deficit licentia, ingrediens non solum se exponit poenæ à Concilio Tridentino inflictæ in c. 5. sess. 25. de Regular. sed etiam temporarij que consuevit imponi per Magistratus seculares; ideoque metu utriusque poenæ magis retrahitur delinquendo, c. 1. & hic glossa in ver. A Domino, de homic. lib. 6. c. 1. §. Superior, de sent. excomm. eod. lib. Frequentia autem & libertas securus delin- quendi fuit iusta causa cur Gregorius potius reservaverit Sedi Apostolicæ absolutionem eorum qui præterit licentia delin- quunt, quam eorum qui omnino carent licentiâ: undè 25. quamvis Sacra Congregatio Episcoporum & Regularium nego- tiis præposita olim admonuerit locorum Ordinariorum, ne sibi illos casus promissè reservarent, quibus annexa est excommuni- catio major à jure imposta: illic tamen adiecit hanc limitationem, nisi foret propter frequentiam & scandalum aut aliam necessariam causam aliqui hujusmodi casus nominatim reservandi viderentur, ut in litteris scriptis ad Cardinalem Archiepiscopum Neapolitanum sub die 16. Novembris 1602. quam quidem frequentiam & scandalum considerasse Gre- gorium in reservatione hujus casus satis constat ex ver- bis Constitutionis hic: Ac omnia que illis (id est Moni- chales) à spiritualium rerum cogitatione & exercitio avocant, impedimenta tollere; periculaque & scandala ab eis removere cupientes &c.

Hinc est magis delinquant statuens contra jus Ecclesie quam contra libertatem Ecclesie, qui in primo casu tollit jus com- mune; in secundo autem tollit privilegium, argum. l. Eius Militis, §. Militia missus, ff. de testam. milit. & tradit Dec. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ n. 1. de Confess. tamen magis puni- tur statuens contra libertatem quam contra jus Ecclesie se- cundum Bald. in rubr. eod. tit. in princ. vers. Quare an sit differentia, quia ut inquit Dec. ubi supra, non semper pro maiori delicto major poena imponitur; nam propter delicti frequentiam vel propter maiorem inclinationem ad delinquen- dum, major poena quandoque pro minori delicto imponitur, ut per glossam 1. in c. proposito 27. q. 1. & in c. Almoner in verbo Existimatis 33. q. 2. per illum textum, ubi major poenitentia imponitur infipienti uxorem quam matrem; quia ut glossa hic dicit, homines promiores sunt ad interficiendum uxores, laici verò Clericos oppido infestiores habent, ut legi- tur in c. Idcirco 2. q. 2. maxime propter libertatem Ecclesiasti- cam in qua Clerici sunt melioris conditionis quam seculares; & propterea major concitatur invidia: undè cum sint pro- cliviores laici ad statuum contra libertatem Ecclesiasticam & sic contra privilegia Ecclesiarum vel Clericorum: merito ut retrahantur ab eo in quo magis inclinantur, majori poenâ affi- ciuntur.

Præterea gravius videntur delinquere & magis contemnere 26. Legislatorem qui ingrediuntur palam & autoritative prætextu licentiarum, quam qui ingrediuntur clam & nulla suff. ist. licentiâ, exemplo eorum qui fructus & redditus ad Sedem Apostolicam & Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum pertinentes usurpant; neque enim incidunt in excommuni- cationem decimam septimam Bullæ Cœnæ, nisi qui id faciunt autoritate & potestate usurpata secundum Cajetan. in Summa in verbo Excommunicatio, n. 27. vers. Deinde circa secundam materiam; & Navarr. in Man. c. 17. n. 70. vers. Sexta, quod per illa verba sicut ex Decreto Concilii Tridentini, cap. 11. sess. 24. de reformat. non incidunt in excommuni- cationem, qui res & bona Ecclesie surripiunt tamquam fuores, sed tantum qui illa autoritative & sub ratione bonorum Ecclesie usurpant, ut aliis Sacra Congregatio decla- ravit.

Et idem modò cum aliis dubitatum fuerit, an prohibe- bitio c. 9. sess. 24. de reform. Matrimon. circa Matrimonii li- bertatem comprehendat privatas personas, Sacra Congregatio censuit non comprehendere, sed tantum Dominos tempo- rales & Magistratus cujuscunque gradus, conditionis &c. Ingredientibus ergo septa Monasterii Monialium absque li- centia, nec verba nec rationes Gregorianæ Constitutionis conveniunt; & consequenter nec illius reservatio, gl. Ita magna in fine in clem. 1. de sent. excomm. undè hic casus tanquam omittis remanet in eo statu in quo prius erat.



Ex prædictis inferitur, ut post mortem possit quis nobilitari & creari miles, ut hic hinc Abb. num. 7. dicens hoc voluisse Bartol. in l. 1. Cod. de dignitat. lib. 12. licet Bart. hic num. 72. non loquatur de mortuo, sed tantum dicat posse quem efficit militem in puncto mortis; tamen cum Abbate consentit Felin. hic, n. 2.

Et per prædicta in publicis conclusionibus, quas triduo defendi Perusia in Aula Palatii, dum esset Scholaris disputandum sustinuit mortuum posse Doctoratus lauream insigniri ut in meo libello Typis excuso, qui inscribitur. *Problemata cum methodo juris universi, in 122. Problemat. Oppositum tamen tenet Abbas hic num. 8. dicens se aliis in facto fuisse de hoc interrogatum & respondisse post mortem non posse quem doctorari, quia hæc dignitas confertur ad docendum alios, l. Magistrus, Cod. professor. & medicis lib. 12. quod non potest mortuus; & eum sequitur Felin. 2. num. 2. Et tenendo hanc opinionem non obstat quod mortuus videatur posse honoribus & insigniis decorari, quia etiam potest injuria affici, ut notat Bart. in l. 2. num. 3. ff. de his quibus ut indigni. qui ex hoc deducit verum esse quod dicit gloss. in l. Sororem, in fin. Cod. eod. videlicet quod ille qui concubuit cum uxore testatoris post ejus mortem, indignus est legato & sic applicatur fisco, quia si vivo defuncto hoc fecisset, ipsum ad iracundiam provocasset, ergo idem post mortem. Unde & qui mortuum spoliat, dicitur eum offendere, ut l. Qui sepulchra, Cod. de sepulchr. violat. Facit ad hoc Extravag. Bonif. VIII. *Detestanda de sepulchro*. ubi excommunicatur exterantur mortuos, aut eos in frustra coincidentes, aut aquas coquentes. Cujus Canonis materia, ut inquit Card. Cajet. in *Summ. in verb. Excommunicatio*, c. 70. est crudelitas & immanitas in cadavera humana. Id, inquam non obstat, quia dictum Bartol. procedit sicte, sed non verè, ut declarat B. Id. in d. l. Sororem num. 2. & 3. Cod. de his quibus ut indigni; unde secundum eum qui exanimatum corpus vulnerat, non punitur tanquam de vulnere, quia corpus mortuum injuriam non sentit ut l. 1. Cod. Qui accusari non poss. sequitur Felinus ubi supra.*

Et per hoc inferitur ad aliam questionem quam sic format Archid. in c. Si quis, in secundo num. 2. 15. qu. 1. videlicet. Pone quod Clericus animo deliberato iter arripuit ad interficiendum hominem, sed non potuit, quia eum invenit mortuum, nihilominus ira sua satisfacere volens, eidem mortuo caput amputavit: queritur an sit irregularis.

Quidam dicunt hunc Clericum irregularem propter intentionem cum opere subsecuto, arg. c. Nuper & c. nit. supra de bigam. pro quibus facit quod notatur in c. Si quis 5. dist. & in cap. fin. 23. quæst. ult. & melius in cap. Vernicose in fin. de penitent. dist. 1. Contrarium determinat hic Archid. quia hic non erat homo, sed mortuus, nam cadaver non est homo, ut patet in cap. In quadam de celebrat. Missi ubi dicitur ad esse hominis duo esse principaliter necessaria, scilicet corpus & animam. Item cap. Charitas, vers. Item corpus de panit. dist. 2. & lex promotionis factum requirit, ut in d. cap. Si quis, id est ut homo jam animatus actu interficiatur, ut patet expressè in c. Sicut, in secundo, de homicid. & in c. Quod verò 32. qu. 2. In quibus juribus patet dantem causam abortioni non esse homicidam, neque irregularem, si conceptus nondum erat vivificatus anima rationali. Item irregularitas non contrahitur nisi in calibus in jure expressis, ut in c. Is qui de sent. excomm. lib. 6. Nec isto casu invenitur imposita secundum Archid. qui dicit idem rotasse Alanum, Vincent. & Bernard. in c. Si aliquis, de homicid.

Et per hanc potest decidi alia questio, numquid percussio Clericum mortuum incidat in excommunicationem Canonis, Si quis suadente, 17. qu. 4.

Et quipem Felin. hic num. 4. putat hunc esse excommunicatum. Movetur primò per text. in simit. in c. Quod in te de pan. & remiss. ubi privilegium datum Clericis de ingrediendo Ecclesiam tempore interdici habet locum, ut mortuus hic tradatur Ecclesiastica sepulture. Deinde movetur, quia privilegium Canonis non est datum ratione ordinis cum sit datum etiam conversis, laicis & novitiis, cap. Non dabim supra eodem, c. Religiofo od. tit. lib. 6. qui tamen non habent Ordines. Pro hac parte facit text. in l. Si quis in insulam, ff. de cadaverib. panitor. ubi Bart. (Nota inquit hanc litteram, quia non reperies alibi & habes quod ille qui in vita non potest morari in civitate, post mortem non potest duci ad civitatem ad sepulturam,) & eum sequitur Card. in Clem. 1. in fin. de pan. & remiss.

Contrarium puto verum, quia negari non potest, quin

privilegium Canonis datum sit in favorem Ordinis Clericali nam quidquid dicit Felin. de hoc est text. rotundus in cap. Contingit et primo, infra eodem, hic: Cum ille Canon non tam in favorem Clerici ordinati, quam in favorem ordinis clericali fuerit promulgatus, & in c. Unico de Cleric. conjugat. hb. 6. hic: Privilegium retineant Canonis ab Innocentio Papa II. editi in favorem totius Ordinis Clericali. Mortuus autem non habet Ordines, c. Licet 32. qu. 2. Nec refert, quod privilegium hoc datum sit etiam conversis & novitiis non ordinatis: quoniam datur eis dum vivunt non autem post mortem; & Canon Si quis suadente, loquitur de Clericis. Mortuus autem non est Clericus, quia caracterem non habet, cum caracter non imprimatur corpori, sed anime, ut in Concilio Tridentino sess. 7. de Sacram. can. 7. Item prædictus Canon. excommunicat injuriam manus violentas in Clericum; at mortuo non potest inferri violentia, ut ex Bald. dictum est supra n. 21. Item sicut præcens caput mortui non incidit irregularitatem, ut dictum est in præcedenti questione, ita nec percussio Clericum mortuum incidit in excommunicationem, quia sicut irregularitas non contrahitur nisi in calibus in jure expressis, ut dictum est supra, num. 24. ita nec pena excommunicationis, gloss. 4. in Clem. 1. de consang. & affinit. facit gloss. penult. in c. fin. super de jure pater.

Sextò nota hic: A quibus dum viverent fuerant absolventi. in calibus Sedi Apostolicæ reservatis decedenti in excommunicatione impendendam esse absolutionem à Summo Pontifice duntaxat. In aliis vero non reservatis posse impendi etiam ab inferiore, qui poterat viventem absolvere, ut in littera; & hoc non ex indulgentia hujus Decretalis sed de jure communi, ut hic in gloss. in verb. Cateris.

Ultimò nota ex sine textu casum potissimum in quo Ecclesia exercet jurisdictionem in laicos, compellendo scilicet hæredes ejus qui post mortem debet absolvi, ut pro eo satisfaciatur injuriam passo, licet ipse dum viveret expressè hoc non mandaverit, nam ex quo dedit signa exteriora contritionis satis videtur debitam satisfactionem tacite injunxisse ut hic in gloss. final. unde cum iste actus respiciat favorem anime defuncti & hæredes & piam causam, merito Ecclesia vendicat sibi jurisdictionem secundum Abb. hic num. 5. & Mar. Soc. num. 24. concordat text. in cap. ult. supra de sepulchro. & in c. In litteris de raptor. hic: Hæredes ejus moneas & compellas, ut his quibus ille per incendium, vel alio modo damna contra justitiam irrogaverat juxta facultates suas condigne satisfaciunt, ut sic à peccato valeat liberari aliis legitur, volent, id est hæredes secundum Vincen. & Joan. Andr. ibi in fin.

Sed hic insurgit questio in hæredes excommunicati teneantur pro eo satisfacere injuriam passo, etiam si ad eos nihil pervenerit ex bonis defuncti.

Pro solutione breviter sic distingue; aut excommunicatus præbuit ante obitum signa contritionis, seu contritionis, aut non præbuit. Primò casu hæredes teneantur etiam si nihil ad eos pervenerit; & in hoc casu intelligi debet hoc cap. & gloss. fin. in cap. ult. de sepulchro, dum ex eo text. colligit de jure canonico hæredes teneri ad satisfactionem pro delicto defuncti, etiam si ad eos nihil pervenerit & si cum defuncto non fuerit contestata: nam ex quo decessit contritus & sic voluit istud consequens scilicet absolutionem, meritiò videtur voluisse antecedens necessarium ad ipsum consequens, quod est satisfactio, argum. cap. Cum super supra de off. Delegat. quod perpetuo singulariter notabis ad limitationem eorum, que temper dicuntur, quod regulariter hæres non tenetur ex delicto defuncti, nisi quatenus ad eum pervenit, quia istud procedit si sine contritione mortuus est, ut mox dicitur, aliis secus. Quod est singulari notà dignum & quotidiè potest contingere & multi falluntur, ut dicit Marian. Socin. hic n. 29. Secundo autem casu cum scilicet defunctus signa contritionis non dedit, dicendum est hæredes non teneri, nisi quatenus ad eos pervenit ex bonis illius; & ita intelligi debet text. in d. cap. ult. de sepulchro, ubi: (Sed ejus hæredes & propinqui, ad quos bona pervenerunt ipsius, ut pro eodem satisfaciatur, censurâ sunt Ecclesiastica compellendi.) Et sic cogendi sunt tantummodo restituere rem illicitè acquisitam, quia res transit cum onere suo, ut cap. Ex litteris supra de contrahen. emp. cap. Sapè de restitut. spoliat. nam & votum defuncti tenetur hæres adimplere, ut legitur & notatur in cap. Licet §. 1. & 2. supra de votis ita formaliter distinguit Hostien. hic n. 21. & 22. cujus distinctionem postea probat Joan. Andr. numer. 18. Burt. numer. 30. Cardin. num. 5. Anchar. num. 8. Abb. num. 5. Felin. circa finem, vers. Nota singulariter hanc gloss. & Marian. Socin. num. 25.

DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS

Idem Innocentius III. VVrasslaviem. Episcopo.

CAPUT XXIX.

Nuper à nobis tua discretio requisivit, quid de illis laicis sit faciendum, qui Clericos (sine læsione tamen) in custodia detinent publica vel privata, vel etiam detrudunt in vincula? Et utrum, qui nominatim excommunicatis scienter communicant, absolvi ab excommunicatione possint per confessionem a simplici Sacerdote, vel Episcopi seu Archiepiscopi fit ab eis absolutio expectanda? Nos igitur inquisitioni tuæ ex ordine respondemus, quòd in primo consultationis articulo non credimus laicos penam excommunicationis evadere, quamvis per eorum factum corporalis læsio non fuerit subsecuta, citra quam violentia læpius circa clericos nequiter perpetratur. In secunda verò questione credimus distinguendum, an is, qui nominatim excommunicato communicat, scienter in crimine communicet criminoso, ei consilium impendendo, auxilium vel favorem: aut aliàs in oratione, vel osculo, aut orando secum, aut etiam comedendo. In primo quidem articulo, cum talis communicet criminosi & participet criminoso, ac per hoc ratione damnati criminis videatur in eum delinquere, qui damnavit: ab eo, vel ejus superiore, meritiò delicti, tunc erit absolutio requirènda: cum facientem & consentientem par pœna constringat. In secundo verò casu a suo Episcopo, vel à proprio Sacerdote poterit absolutionis beneficium obtinere: quamvis enim & tunc non iudicis, sed juris sententiæ excommunicato communicans sit ligatus: quia tamen conditor Canonis ejus absolutionem sibi specialiter non retinuit, eo ipso concessisse videtur facultatem aliis relaxandi. Is autem; qui juxta primum modum excommunicato communicat, cum juramento debet absolvi, qui verò juxta secundum modum, reconciliari poterit sine juratoria cautione. Verùm si difficile sit, ex aliqua iusta causa, quod ad ipsum excommunicato rem absolvendus accedat: concedamus indulgendo, ut præstita juxta formam Ecclesiæ, cautione, quòd excommunicatoris mandato patebit, a suo absolvatur Episcopo, vel proprio Sacerdote.

SUMMARIUM.

- 1 Excommunicatus est qui Clericum detinet in custodia publica vel privata, aut in vinculis etiam sine corporali læsione & n. 4.
- 2 Declaratur procedere si hoc faciat animo inferendi injuriam seu violentiam Clerico. Secus si aliam ob causam num. 12.
- 3 Communicans excommunicato scienter in crimine excommunicatus est, & non potest absolvi nisi ab excommunicatore, vel illius superiore & cum juramento & n. 11.
- 4 Communicans excommunicatum extra crimen incurrit minorem excommunicationem, & reconciliari potest sine juramento per simplicem sacerdotem & n. 14.
- 5 Et quid post Constitutionem Concilii Constantiensis n. 15. vers. Caterum adverte.
- 6 In carcere, vel in vinculis detinere an differant.
- 7 Carceratus vel detentus in vinculis non dicitur ladi corporaliter.
- 8 Carcer, & vincula principaliter non sunt ad penam, sed ad custodiam.
- 9 Violentia in Clericum perpetratur etiam citra injectionem manuum, seu corporalem læsionem, quod pluribus exemplis ostenditur.
- 10 Excommunicatus est qui rem de manu Clerici rapit, vel que illius corpori adherent, aut eum per vestem tenet, aut per stannum equi.
- 11 Equum occidens, cui Clericus insidet, non incidit in Canonem ibid.
- 12 Castrum obsidens non animo detinendi in custodia Clericum hic existentem, sed capiendum castrum vel faciendum Clerico verewardiam, non est excommunicatus.
- 13 Clericum cogens per metum ad se redimendum vel exeundum à domo ut ipsam occupet, excommunicationem non incurrit.
- 14 Communicans criminoso, in crimine præstando illi consilium, auxilium vel favorem, tenetur eodem pœna cum principali.
- 15 Communicate excommunicato quis dicitur non solum comedendo, loquendo vel deservando, sed etiam cum ipso orando.
- 16 Communicans scienter excommunicato extra crimen an peccet mortaliter, remissive.
- 17 Absolvere potest inferior ab omni excommunicatione lata à Canone, quibus Conditor Canonis sibi non reservavit absolutionem & n. 19.
- 18 Quod habet locum nedium in Canone Papa, sed etiam in statu Episcopi vel Pralati ibid.
- 19 Ingrediens septa Monasterii Monialium absque licentia Ordinarii, vel alterius superioris an incurrat excommunicationem Papa reservatam ex Bulla Gregorii XIII. & n. seqq. usque ad n. 32.
- 20 Causa etiam injusta excusat quem à contumacia.
- 21 Causa ubi est major, hic debet esse major vindicta.
- 22 Distinctio panalis injungitur pœnam excommunicationis non restringitur, sed extenditur.
- 23 Contrarium n. 30.
- 24 Promissio verba denotant causam finalem Constitutionis.
- 25 Lex non imprimit effectum suum, nisi in illas personas, quibus verba legis congruunt.
- 26 Ingrediens septa Monasterii Monialium prætextu licentia



leg. commodissimè, ff. de liber. et postum. glossa in c. si pater in verbo Trebellianica, de testam. lib. 6. consentaneum est enim jura iuris concordare ad correctionem vitandam, l. precipimus in fin. C. de appell. & l. Sancimus. C. de testam. cum simit.

29 Ante ipsam verb. Constitutionem ex Decreto Concilii Tridentini in c. 6. sess. 25. de Regular. Ingredientibus septa Monasterii Monialium absque legitima licentia imponitur simpliciter pena excommunicationis ipso facto incurrenda, nec illius absolutio expresse reservatur Summo Pontifici: ergo censetur alius concessa per hanc Decretalem, ubi quando conditor Canonis absolutioem excommunicationis sibi non retinet, censetur alius relaxasse; & est præcipua regula in materia absolutiois à censuris latis à Canone: patet ex dictis supra in ult. not. & hanc sententiam sequuntur moderni in praxi Archiepiscopi, c. 6. n. 3. lib. 3. ubi agentes de materia prædictæ Gregorianæ Constitutionis, affirmant in ea non comprehendi, nisi qui prætextu licentiarum revocatarum ingrediuntur, non autem qui sine licentia licet incurrant excommunicationem latæ sententiæ à Concil. Trident. in dictam d. c. 5. nec etiam Moniales in illum ingressum prohibentem consentientes incidere in excommunicationem, sed tantum peccare mortaliter. Id ipsum censent Rodriq. de Regul. tom. 1. q. 48. art. 2. & Suar. de censur. disput. 22. sect. 6. excomm. 6.

Quibus non obstant adducta in contrarium, nam ad primum patet responsio ex dictis, cum enim Gregoriana Constitutio nec in rubro, nec in nigro, nec in verbis narrativis nec dispositivis loquatur, nisi de ingrediendis, prætextu licentiarum revocatarum, aut abutentibus Ordinarii Licentia, non debet extendi ad alium casum non expressum, præsertim habentem rationes diversas & in materia penali.

30 Neque obstat quod secundum Card. dispositio penalis injungens penam excommunicationis non restringatur, sed extendatur; imò enim cum nulla pena sit major in Ecclesia quam excommunicationis, c. corrigantur 24. q. 3. e. Absq. 11. q. 3. c. Sacro supra eodem, non debet in ea fieri extensio, sed potius restrictio, c. Quæsit, de his que sunt à major. part. Cap. & notat glossa in c. prædientium in verbo vinculo excommunicationis de off. deleg. & Innoc. hic n. 2. vers. Et in excommunicatione. In hoc textu autem sit potius declaratio quam extensio secundum Anchar. hic in princ. quia debemus magis considerare injuriam seu violentiam que sapit causam finalem, quam manus que sapunt demonstrationem: unde eodem modo in excommunicatione incidere qui clericum non manibus, sed pedibus percuteret vel perfunderet aqua aut in eum spueret, vel ejus vestem frangeret, quia violentia sit personæ, ut notatur in d. cap. si quis suadente, 17. quest. 4. in glossa in verbo manus; & per Innoc. & Doctores hic; & ita videtur seipsum declarare Card. hic in c. oppos. n. 4. licet hoc casu non agatur de illius reservatione

31 Ad id quod dictum est de absolutioibus quas Summus Pontifex impertitus est à prædicto casu, respondetur hinc non rectè inferri ad generalem reservationem, nam si Papa vellet casum esse sibi reservatum, expresse declararet per Constitutionem generalem, non autem per particularem provisionem ad petitionem unius vel alterius Ordinarii vel Sacerdotis. Præsertim verb. quia cum poenitentes habeant tres iudices, videlicet Parochum, Episcopum & Papam, qui omnes comprehenduntur sub nomine proprii Sacerdotis in c. Omnis utriusque, de penit. & remiss. ut hic notatur & in Extravag. Vas electionis, de heret. utique procurando sibi absolutioem à Papa tanquam à Fonte habente plenitudinem potestatis, c. Qui se fecit 2. q. 6. c. præceptis 1. 2. dist. c. Quomodo, c. Datum & c. multum 3. q. 6. nullum intulerunt præjudicium aliis inferioribus, nec contra eos ex hoc induci potuit usus vel consuetudo: ad hoc quod notat Innoc. in c. Bona il secundo, n. 2. in fin. de postul. Prælat. ubi determinat quod si Papa aliquid facit de plenitudine potestatis, non præjudicat inferioribus, quia cum sit absolute Dominus, non indiget aliqua acquisitione juris. Idem tenet Specul. in tit. de præscript. vers. Illud, dicens Papam non præscribere contra inferiores, cum ipse jam sine prescriptione sit universalis Dominus; & sequitur Abb. conf. 101. in q. n. 6. vers. Nec Papa exercendo hoc jus lib. 1. & propterea ex eo quod in c. Litteras, supra de spl. Præbit. Papa dispensaverit, non bene inferitur ut prohibita sit dispensatio, quia hæc ab ipso fuit petita, ut notabiliter dicit glossa unica in c. fin. & hic etiam Barr. n. 5. vers. Non obstat quod solus Papa dispensat eod. tit.

32 Ad ultimum respondetur, de declaratione Gregorii nullibi constare & eam negari à Rodriquo tom. 1. q. Regular. art. 2. & à Suar. de cens. disp. 22. sect. 6. excomm. 6. Nec Navarr. de hujusmodi declaratione attestatur, ut ei imponitur à quibusdam, sed tantum ait credendum esse hanc fuisse mentem quoddam, quo verò ad ingrediendes Monasteria virorum, quia

negari non potest quin Pius V. declaraverit Constitutionem comprehendere etiam illas que absque litteris Apostolicis ingrediuntur, standum erit huic declarationi in suo speciali casu duntaxat.

Unde rejectis contrariis, concludendum videtur casum propositum non esse Sedi Apostolicæ reservatum, nisi ingressus seu violatio clausuræ Monasterii Monialium fieret ad malum finem, juxta Decretum Sacræ Congregationis Episcoporum Clementis VIII. jussu editum super absoluteione à casibus reservatis; & ita declaravit Gregorius XIII. Constitutionis conditor; ut in subiecta declaratione Episcopus Comen. declarari petiit, an Bulla Sanctissimi imponens penam excommunicationis ingrediendis Monasteria vigore facultatum Apostolicarum, etiam eos comprehendat qui absque talibus facultatibus ingrediuntur, ut fieri possit an absolutio sit reservata Summo Pontifici: Sacra Congregatio censuit agendum cum Sanctissimo, quia Concilium non reservavit Papæ, & non videtur adesse majoritas rationis, quia abutentes litteris Apostolicis, majori poenâ digni sunt. Sanctissimus declaravit Bullam non comprehendere eas personas que ingrediuntur propria autoritate absque licentia Sedi Apostolicæ; & quod attinet ad Bullam Pii V. de ingrediendis Monasteria virorum, ex quo idem Pius V. declaravit comprehendere etiam illos qui absque litteris Apostolicis ingrediuntur, statim declaratio.

Juxta prædicta quæro, an absolutio à censuris in quas incidunt Episcopi & Superiores Regulares, qui sui autoritate officii septa Monasterii Monialium ingrediuntur, non servat formam Constitutionis Gregorii XIII. sit Papæ reservata.

Ad partem affirmativam facit, quia Gregorius in Constitutione que incipit Ubi gratia, primum sanxit ut ingrediendes clausuram Monasterii Monialium prætextu licentiarum revocatarum incidant in excommunicationem Sedi Apostolicæ reservatam; ac deinde suboritur dubitatio, an eadem Constitutio comprehendat eos qui ad ingrediendum, alterius licentia non indigent, sed sui autoritate officii nituntur: declaravit Prælatos omnes, tam seculares quam regulares quibus cura & regimen Monasteriorum Monialium incumbit: ita demum uti posse facultate ingrediendi illorum peccata sibi ex officio attributa, si id faciant in casibus necessariis; & à paucis hiisque senioribus & Religiosis personis comitari; ut in Declaratoria incip. Dubis que emergunt in Bullar. tom. 2. p. 394. si ergo Episcopi & Prælati regulares in i. Constitutione comprehenduntur & excommunicatio in illa Constitutione infligenda est Papæ reservata: videtur consequens, ut etiam excommunicatio contra ipsos imposita in Constitutione declaratoria sit reservata, nam qualitates omnes que insunt legi declarate, censetur inesse illius declarationi, ut est textus in l. Nihil; & hic Bartol. in princ. ff. de conjugen. cum emancip. liber. & in Auth. de filiis ante dotal. instrum. natis ad fin. Roman. conf. 93. n. 4. vers. quia in lege nova. Paul. de Castr. conf. 339. col. fin. n. 5. vers. Quinto queritur lib. 1.

Contrarium puto verum, quia secunda Constitutio Gregorii non fiat in puris finibus declaratoria, sed in ea parte in qua poenas imponit, inducit naturam novæ Constitutionis & idcirco non utitur verbo Declaramus, ut fecit in 1. parte, sed verbo statimus atque decernimus, ut in §. Quod si contrafecerint: que quidem verba non Constitutionem declaratoriam juris præexistentis, sed novi juris promulgatoriam significant, clem. ult. §. fin. de rescriptis. gloss. in Extravag. Suscepti Joannis XXII. in verbo statimus, clem. 2. & hic glossa in verbo Decernimus de præb. & glossa in clem. Eos in verbo Deinceps de Regular. cum ergo Gregorius de novo statuat atque decernat, ut ingrediendes clausuram Monasterii Monialium, non servat formam hic præscriptam, si Episcopi sint pro prima vice ingressu Ecclesie interdicti & pro secunda, à munere Pontificali & à Divinis suspensi ac deinceps excommunicati; Regulares verò omni officio & ministerio privati ac pariter excommunicati & absolutioem ad hujusmodi poenis, sibi & Sedi Apostolicæ non reservaverit: utique succedit regula textus nostri, videlicet ut ab his censuris latis à Canone possit inferior absolvi, cum conditor Canonis absolutioem sibi non retinuerit, ut dixi supra in ult. not. & in præced. q. numero 29.

Præterea manifestum est quantum ad poenas interdicti & suspensionis Episcopos non comprehendi in i. Constitutione, cum illa Constitutio has poenas non imponat: ergo non comprehenduntur quoad poenam excommunicationis, quia una determinatio respiciens plura determinabilia, debet intelligi ut omnia æqualiter determinet, l. Jam hoc jure, §. Sed si; & hic Bart. n. 1. ff. de vulg. & pupill. & l. fin. C. de sent. cum simit. & consequenter nulla ex his poenis est Sedi Apostolicæ reservata; & circa prædictam Constitutionem Gregorii, vide quod scripti in c. Ut juxta n. 29. & sequitur supra de Offici. Ordinar.



DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS

Idem Innocentius III.

CAPUT XXXII.

Cum illorum absolutio, qui pro violenta manuum injectione in Clericos, labem excommunicationis incurunt, (quibusdam casibus à prædecessore nostro exceptis) sedi duntaxat Apostolicæ reservetur: nonnulli Ecclesiasticam sententiam negligentes, in excommunicatione positi, Ecclesiasticos ordines accipere non formidant: quid autem de his fieri debeat. Apostolicum sæpius oraculum imploratur. Circa quos credimus distinguendum, quod tales vel sciunt excommunicationis se vinculo irretitos, vel non recolunt factum, pro quo in latæ sententiæ canonem inciderunt, vel factum quidem scientes, juris ignari nesciunt exinde se teneri. Primos si fuerint sæculares Clerici, à susceptis ordinibus censemus in perpetuum deponendos: in reliquis casibus tam Archiepiscopi, quam Episcopi, absque mandato Sedi Apostolicæ speciali dispensandi facultatem se noverint non habere: quibus etiam est absolutio talium interdicta; cum majora intelligentur illis prohibita, quibus vetita sunt minora. Potesunt tamen hujusmodi Romani Pontificis auribus intimari, ut ab eo secundum rigorem vel æquitatem responsum prodeat, prout discretio sua viderit faciendum. Qui si claustrales hujusmodi fuerint, licet ab Alexandro Papa fuerit constitutum, quod Monachi & Canonici regulares, quocunque modo se in claustris percusserint, non sunt ad Apostolicam sedem mittendi, sed secundum providentiam sui Abbatis, disciplina subdantur & si Abbatis discretio ad eorum correctionem non sufficit providentia est Diocesani Episcopi adhibenda; & alibi dicatur, quod de sæculo fugientes, qui in Religionis habitum in Monasterio receperunt & inter cætera postmodum confitentur, se tale commisisse delictum, per quod ipso actu excommunicationis sententiam incurrerunt, sine licentia Romani Pontificis Abbas non potest nec debet eos absolvi, quamvis præsumptionem de inquantum debita possit animadversione punire; nos tamen in religionis favorem & ut evagandi materia subtrahatur, majorem eis gratiam exhibere volentes; eorum Prælati, quod etiam talibus absolutiois beneficium impertiri valeant, indulgemus: nisi excessus ipsorum extiterit difficilis & enormis; utpote si ad mutilationem membri, vel effusionem sanguinis est processum: aut in Episcopum, aut Abbatem violenta manus injecta: & cum excessus tales & similes nequeant sine scandalo præteriri. Si verò claustralis aliquis in religiosam personam alterius claustrum manus injecerit violentas, per Abbatem proprium & ejus, qui passus est injuriam absolvatur. Quod si clericum percusserit sæcularem, non nisi per Apostolicam Sedem (ut scandalum evitetur) absolutiois gratiam poterit promereri. Si autem hos ad ordines promoveri contingat, juxta præmissam distinctionem, qui scienter in contemptum Ecclesiasticæ disciplinæ se fecerint ordinari, ab executione suscepti ordinis, & officii decernimus manere suspensos. Circa reliquos verò facti memoriam, vel juris peritiam non habentes; Monasteriorum utilitate pensata, post injunctam regularem poenitentiam & peractam, Abbates ipsorum poterunt dispensare: nisi grave fuerit & notabile factum: aut is, qui fecit, adultus fuerit & discretus, ut violenter contra oblivionem vel ignorantiam præsumatur. Præcipimus autem Abbatibus, ut formam istam diligenter observent, ne privilegium mereatur amittere, qui sibi permittat ab utitur potestate.



SUMMARIUM.

- 1 Excommunicatus qui scienter recipit Ordines, deponendus si est Clericus secularis; si Regularis, ab executione Ordinum est suspensus & n. 8.
- 2 Dissensat solus Papa cum Clerico seculari, qui ignorans jus vel factum in excommunicatione recipit Ordines.
- 3 Sed cum Regulari dissensat Abbas, si ignorantia est probabilis & factum non est grave & n. 26.
- 4 Excommunicatus pro violenta manu iniectione in Clericum regulariter non absolvitur nisi a Papa.
- 5 Fallit in casibus hic enumeratis & n. seq.
- 6 Religiosi ab excommunicatione Canonis si quis suadente, absolvi possunt per proprium Prælatum, si ipsum habeant; & sic Presbiter: alioquin per Diocesana & n. 11.
- 7 Declaratio dubiorum in iure consensitiam a Sede Apostolica tendenda est.
- 8 Dissensat solus Papa cum Clerico seculari qui in excommunicatione recipit Ordines: etiam si ab illa excommunicatione Episcopus possit absolvere.
- 9 Dissensandi potestas maior est quam potestas absolvendi ab excommunicatione.
- 10 Argumentum à minori ad majus non procedit affirmativè, sed negativè.
- 11 Abbas potest absolvere Monachos suos ab excommunicatione ob violentam manu iniectionem, dummodo excessus non sit enormis.
- 12 Sive in excommunicationem inciderint post ingressum Religionis, sive ante.
- 13 Sed ab aliis excommunicationibus eos tantum qui inciderunt post ingressum.
- 14 Dissensandi potestatem habens cum subdito delinquente, non potest dispensare cum eo qui deliquit antequam esset subditus.
- 15 Qualitas adjecta verbo, intelligitur secundum tempus

Um illorum. Qui excommunicatus pro manu iniectione scienter recipit Ordines: deponendus, si est Clericus secularis; si Regularis, ab executione Ordinum est suspensus. Qui ignorans jus vel factum, sic excommunicatus recipit Ordines; si est Clericus secularis, dispensat cum eo solus Papa; si Regularis, Abbas cum eo dispensat, si ignorantia est probabilis & factum non est grave. Hoc dicit secundum Joan. Andr. cum quo Butr. Card. & ceteri concordant. Dividitur ut per Mar. Soc.

Nota primò ex principio textus, excommunicatum pro violenta manu iniectione in Clericum regulariter absolvi non posse, nisi à Sede Apostolica; quia Papa sibi reservavit absolutionem, ut hic & in c. Porro, in c. Non dubium, in c. Ea noscitur, in c. Taa nos & in c. Quamvis infra eodem; & originaliter in c. si quis suadente, 17. q. 4. Fallit tamen hæc regula in multis casibus qui comprehenduntur his verbis.

Regula, mors, sexus, hostis, puer, officialis, Delictus, inops, æger, senexque sodalis, Janitor, astrichus, dubius causæ, levis ictus, Debilis absolvi sine Summa Sede merentur; Atroces verbò soli Papæ retinentur.

Regula. Hic comprehenduntur omnes Religiosi qui absolvi possunt per proprium Prælatum, si ipsum habeant, ut hic in §. Nos tamen dummodò Sacerdos sit, c. Canonica infra eodem, c. Nuper, §. penult. supra eodem, uti de hoc: alioquin per Diocesana, de Monialibus infra eodem, c. Monachi supra eodem; Mors, ut in c. Non dubium supra eodem; Sexus, ut in c. Mulieres supra eodem; Hostis, ut in c. de cetero supra eodem; Puer, cap. Quamvis & cap. fin. infra eodem & supra cap. 1. Officialis, c. 3. §. 1. supra eodem; Delictus, sed in isto prius consultur Romanus Pontifex, c. Mulieres supra eodem; Inopique & nobilis cui ostiant ire verendum est, de quo dic ut plenè notatur in c. Quid de his supra eodem; & infra in c. Ea noscitur; Senex, ut in d. c. Quid de his & c. Ea noscitur; Ager, ægerque incurabilis vel de cuius morte dubitatur vel morbus chronicus est & longus: de quo dic, ut in iuribus proximè citatis; Sodalis, ut c. Quoniam, §. fin. supra de vita & honest. Cleric. & c. ex tenere in fin. supra eodem; Janitor, ut c. 3. in 1. respons. supra eodem; Astrichus Patriæ potestati vel dominicæ, ut in c. Mulieres supra eodem; & infra c. Relatum: de quo dic, ut plenè legitur & notatur in cap. cum desires, §. 2. & cap. si verbò aliquis supra eodem; Causæ scilicet iuste, quodcumque præterit impedimentum Sedem Apostolicam non adveniendi, capite De his, ubi de hoc & cap. De cetero, supra & infra cap. Quamvis; Levis ictus, ut cap. Pervenit supra eod. Debilis, ut c. Ea noscitur, supra eod. Absolvi sine Summa Sede merentur; Atroces verbò

- 16 Enormis excessus dicitur respectu quantitatis facti. Item respectu qualitatis personæ, n. 29. Item respectu scandalum, n. 22. Item respectu loci, n. 13.
- 17 Membra appellacione qua intelligantur.
- 18 Percussio cum sanguinis effusione, an & quando dicitur enormis.
- 19 Injuria atrox respectu quantitatis facti quando dicitur.
- 20 Enormis semper dicitur excessus in Episcopum vel Abbatem vel alium Superiorem.
- 21 Et idem si in patrem vel in Magistrum.
- 22 Injuria atrox affirmatur, si in theatro, in foro vel in conspectu Prætoris facta sit.
- 23 Item si in Ecclesia vel Cemeterio.
- 24 Circumstantia que aggravat vel extenuat delictum remissivè.
- 25 Prælati Regulares an possint dispensare super irregularitatibus ex delicto occulto provenientibus in vim Concilii Tridentini, c. 6. sess. 24. & n. seqq. usque in fin.
- 26 Irregularitas est impedimentum Canonicum quo prohibetur promotio ad Ordines & illorum executio.
- 27 Prælati inferioribus non competunt ea que Sacris Ordinibus annexa sunt, vel illos concernunt.
- 28 Dispensatio in irregularitate est dispensatio circa Ordines.
- 29 Episcopi appellacione in materia exorbitanti non venit non consecratus, etiam si ageretur de exercenda jurisdictione.
- 30 Episcopus electus ante consecrationem non potest concedere Indulgentias.
- 31 Prælati inferioribus jurisdictionem quasi Episcopalem habentibus in locis sue jurisdictionis ut non licet facultate Episcopi attributâ Decreto Concilii Tridentini, cap. 6. sessione 24.

foli Papæ retinentur, ut c. Relatum & c. Canonica, infra eod. Hos versus recitat & ut supra exponit Holt. hic num. 1. & in summa hujus tituli, §. Quis possit excommunicare, num. 4. sub vers. Secunda Regula, dicens fuisse Jacobi Serenæ Ebredunensis & concordant hic Joan. Andr. n. 2. Henric Boich. eodem num. Butr. num. 26. Anchar. num. 1. & Abb. in 1. notab. & latus profecit Mar. Soc. in c. officii infra eod. ubi ponit regulam cum tribus declarationibus, seu ampliacionibus, num. 30. cum tribus seqq. & viginti quatuor sententiis à num. 24. usque ad num. 58. & predictis adde compendiosam distinctionem quam posuit in c. Pervenit, num. 6. infra eod. post. Joan. Andr. hic, n. 3. vers. Et ad contrariorum solutionem.

Secundò nota hic, Apostolicum scriptis oraculum imploratur. Pro declaratione dubiorum consentitum in iure ad Sedem Apostolicam esse recurrendum, de quo dic, ut scripti plenè in c. Cum venissent, supra de iudic.

Tertiò, nota in vers. Circa quos quæ penà sit puniendus Clericus secularis suspiciens Ordines dum exiit in excommunicatione; debet enim deponi ab illo Ordine nec potest cum eo alius citra Papam dispensare: quod locum sibi vendicat non solum in excommunicatis, quorum absolutio est Sedi Apostolicæ reservata, ut in casu hujus cap. sed etiam in aliis excommunicatis, quos Episcopi possunt absolvere, quia nihilominus non potuerunt Episcopi dispensare cum sit ordinatis, quia effecti sunt irregulares & indispensabiles ab alio, quàm à Romano Pontifice, ut hic, Joan. Andr. n. 6. cum quo concordant Henrich. Boich. num. 14. Anton. de Butr. n. 18. Abb. in 2. notab. & alii communiter; & videtur probari in cap. 1. §. 3. de eo qui furtiv. ordin. recep. ubi cum recipiente Ordinem post excommunicationem solus Papa dispensat.

Quartò, nota hic, Cùm majora intelligantur illis prohibita, & c. potestatem dispensandi majorem esse, quàm potestatem absolvendi ab excommunicatione; undè non valet consequentia. Potest quis absolvere; ergo & dispensare, quia non potest arg. à minori ad majus affirmativè, videlicet si possum id quod minus est; ergo & id quod majus est, sed è converso valet consequentia, qui non potest absolvere nec potest dispensare, quia procedit argumentum à minori negativè sumptum; undè sequitur qui non potest id, quod minus est, nec potest id, quod majus est, ut notatur in cap. Cùm in cunctis, de elect. cùm majora intelligantur illis prohibita quibus verita sunt minora, ut dicitur in littera; & ita hic notant Joan. Andr. n. 6. vers. Nec obstat ista littera Henrich. Boich. n. 14. eodem vers. Butr. n. 18. vers. Non hæc littera, Abbas, in 3. notab. Mar. Soc. n. 6. & Felin. n. 1. in 4. notab.

Quintò, nota in §. Quod si claustrales, Abbatem posse absolvere

- absolvere Monachos suos ab excommunicatione inflicta à Canone pro violenta manu iniectione, dummodo excessus non sit enormis, sive in excommunicationem incidere post ingressum Religionis, sive ante & in hoc extenditur
- 6. Monachi supra eod. ubi daturur Abbatibus potestas absolvendi Monachos suos in eo tantum casu in quo incidere in excommunicationem post ingressum. Dispositio tamen hujus Decretalis restringitur ad solam excommunicationem pro violenta manu iniectione, cum Papa hic procedat per modum indulgentiæ, ut patet hic majorem eos gratiam exhibere volentes, nec non hic, indulgentes, undè in aliis casibus Abbas non poterit absolvere excommunicatos ante Religionis ingressum; sed cum eis servabimus jus præcedens, de quo in d. c. Monachi, cum non reperitur immutatum, nisi in hoc speciali casu iniectionis manu in Clericum, l. Sancimus, Cod. de testam. l. Præcipimus in fin. Cod. de appell. & hic tenet Abb. in 4. notab. & in d. c. Monachi, qui ex hoc notabiliter infert, ut habens potestatem dispensandi cum subdito delinquente in certo casu non intelligatur habere potestatem dispensandi cum eo, qui delictum illud committit antequam esset subditus, nisi specificè hoc fuerit concessum, quod dicit esse singulare, Mar. Soc. hic in 13. notab. & sequitur Felin. num. 1. post med. vers. Nota secundum D. Abbatem, addu cens rationem quia qualitas adjecta verbo intelligitur secundum tempus verbi, ut est casus, in l. In delictis, §. extraneus, ff. de noxalibus, de vulg. & pupill.
- 6. Sextò nota hic: Nisi excessus inferatur, qui dicitur excessus enormis, nam hic consideratur enormitas triplici respectu quantitatis facti; & de hoc habes in textu duo exempla; unum est si membrum fuerit mutilatum, ut patet in textu hic, si ad mutilationem membri est processum; quod intelligas de quolibet membro magno vel parvo: Non enim hic distinguatur inter hæc, sicut alias, ut in c. penult. de corpor. vitus, & in c. 2. de Cleric. agr. secundum eloff.
- hic in vers. Mutilationem membri, quam approbat DD. ut inquit Felin. n. 3. qui etiam profecit ut membri appellacione veniant ungula, digitus, caput, barba, mammilla, & denis, à d. num. 3. usque ad num. 12. Alterum exemplum dicitur DD. intelligendum ratione illius membri, de quo facile sanguis exire non consuevit; undè non intelligitur illi modica & levis fuit percussio in naso & sanguis exivit ab eo maxime, cui exire consuevit, præsertim in ætate. Ita post Innoc. hic post med. in vers. Effusio, declarat Holt. n. 10. in verb. Vel Effusio, Joan. Andr. n. 19. & communiter Doctores Mar. Soc. in c. Officii, n. 59. infra eod. Rursus hoc primo respectu quantitatis facti dicitur excessus enormis seu atrox, si oculus effundatur, ut in §. Atrox, in §. de iur. i. secundum Holt. hic num. 10. & Mar. Soc. hic cit. Secundò principali dicitur excessus enormis respectu qualitatis personæ veluti si in Episcopum vel Abbatem hic violenta manu iniectione, ut hic in littera. Tali enim excessus semper gravis est & enormis, ut patet in c. Ille proculdubio; & §. dist. secundum Holt. hic num. 10. in fin. in verb. Aut in Episcopum; & idem est secundum eum in si in Priorem suum locum Abbatem iniectione, argum. cap. Cùm in Ecclesiis supra de majori, & obid. & idem intelligas quando inferior est subditus in Superiorem suum manus iniecit violentæ secundum Holt. ubi supra, & idem si filius in Patrem vel discipulus in Magistrum secundum Mar. Soc. d. n. 59. circa med. vers. Et idem arbitror. Tertio principaliter excessus estimatur enormis respectu scandalum, scilicet ubicumque scandalum imminet, ut patet in textu hic. Cùm excessus tales nequeant sine scandalo præteriri. Nihil enim faciendum est cum scandalo, ut patet in eo quod legitur & notatur in cap. Nihil supra de præscript. & in c. Nisi cum pridem, §. Pro gravi quoque scandalo, de renunc. Sed & respectu loci injuria dicitur atrox, veluti si in theatro in foro vel in conspectu Prætoris facta sit, dicit text. in d. Atrox, in §. de injur. Fortius ergo si in Ecclesia vel Cemeterio, c. Cùm pro causa, supra eodem, c. Quiquis, & §. qui autem n. 17. qu. 4. secundum Holt. in Summa hujus tit. §. Quis possit ab hac absolvere, vers. Sed qua dicitur atrox, de quibus dic plenius, ut per Mar. Soc. in dicit. l. Officii, n. 59. infra eodem, & que circumstantiæ aggravat vel extenuat, seu injuriam, dic ut per eundem Mar. in cap. Licet, n. 21. in fin. ver. in causa autem cognitione septem veniunt principaliter consideranda & n. seqq. usque in fin. supra de pan.
- Secundò nota in vers. Circa reliquos verbò, Abbatem quandoque posse dispensare super irregularitate, scilicet cum Monacho suo, qui existens in excommunicatione propter excessum non gravem ex ignorantia probabilis suspiciat Or-

Fagnan. in V. Lib. Decretal.

dines, ut hic per Abb. in 7. & 8. not. Mar. Soc. n. 28. & 21. & quod dictum est de Abbate, intelligas etiam de quolibet Priore Conventuali vel Prælo Regulari, secundum Innoc. hic n. 1. in verb. Abbatibus, quod latius profecit Holt. n. 13. & 14.

Quartò, an facultas dispensandi super irregularitatibus delicto occulto provenientibus attributa Episcopis ex decreto Concilii Tridentini, sess. 24. c. 6. Prælati Regularibus competat.

Circa intellectum d. c. 6. videtur considerari posse irregularitatem esse impedimentum canonicum, quo prohibetur promotio ad Ecclesiasticos Ordines vel eorumdem executio ut patet ex descriptione, quam ponit Specul. in titul. de legat. §. Juxta, in princ. Archid. & Joan. Andr. in c. 1. de reg. jur. lib. 6. Holt. in c. 2. n. 5. sup. de Cler. excomm. ministr. & Mar. Soc. in c. Ad audientiam, n. 12. supra de homicid. Undè dispensatio super irregularitate non videtur simplicis jurisdictionis Episcopalis, cujus capaces sint inferiores habentes jurisdictionem quasi Episcopalem; Nam ad ea que sacris Ordinibus annexa sunt vel illos concernunt, non refertur generalis illa adqueatio; de qua per Abbatem in c. At si Clerici, §. De adulteris, num. 13. de iudic. & in c. Sicur. ante, n. 3. vers. Et circa hoc de excessibus Prælat. Ita Anton. de Butr. in suo celebri cons. 19. num. 10. & patet ex Concil. Trident. in cap. 10. sess. 23. & alibi in materia Ordinum & dimissiorum ad ordines.

Potest tamen fore dici Abbatem regulares quibus de jure competit facultas minores ordines conferendi, ut in c. Quoniam, 69. dist. 8. c. Cùm contingat, supra de atate & qualitate. Subditis tamen suis regularibus & Concil. dicit. cap. 10. posse cum eis super irregularitate dispensare, ut non impediatur suscipere minores Ordines, aut eadem suscipere ministrare. Pro quo facit iste textus, ubi patet Abbatem posse dispensare cum Monacho irregulari quoad Ordines; & intelligitur communiter etiam si irregularitas esset contracta post ingressum, ut patet in §. Quod si claustrales & disti supra in §. notab. ex quo textu juncta gloss. in verb. Dispensare, & Innoc. circa fin. in verb. Abbatibus, colligitur dispensationem in irregularitate esse dispensationem circa Ordines.

Quod autem generaliter decretum Concil. Trident. in d. c. 6. sess. 24. Non sit intelligendum, ut comprehendat omnes jurisdictionem quasi Episcopalem habentes, suadet ex verb. Episcopis quod in materia strictè & proprie interpretanda, ut puta exorbitanti, plerique dixerunt interpretandum esse pro consecratis tantum, etiam ubi ageretur de exercenda jurisdictione, ut per Felin. in cap. Eam te, num. 5. de referrip. Hinc etiam communiter tenetur Episcopos electos ante consecrationem non posse concedere indulgentias, quamvis id videatur esse actus jurisdictionis, text. in c. Quod autem, supra de panit. & remiss. ita Felin. ubi supra, n. 1. & Ant. de Butr. cons. 19. num. 21. ubi distinguit, ut quædam sint fori penitentialis naturalis pertinentia ad Ordinem Episcopalem, ut est absolvere à peccatis quibuscumque, in quibus aliqua sunt reservata Episcopis; & talia sunt communicabilia cum inferioribus, quia sui origine pertinent etiam ad inferiores; quædam vero non naturaliter sed per accidens inhiærent Ordini Episcopali, ut est indulgentias concedere; & talia, licet sint de foro penitentiali, non tamen adaptantur inferioribus.

Ad hæc si passim omnia Episcopalia essent communicanda istis inferioribus, paulatim introduceretur usus Co-Episcoporum, ut ad propositum dicit Butr. ubi supra; & auctoritas Episcopalis vilesceret.

Huc etiam pertinet quod cum aliis dubitatum fuerit in Congregatione Concilii, an Cardinales, qui habent titulos Ecclesiarum Urbis, possint in suis Ecclesiis titularibus & eorum subditis uti illis facultatibus quæ à Concilio Tridentino tribute sunt Episcopis in suis civitatibus & Diocesis & specialiter illis quæ comprehenduntur sess. 24. cap. 6. facta relatione Gregorio XIII. Sanctitas sua dixit nolle, ut ea quæ Episcopis concessa sunt à Concilio, competant Cardinalibus in suis titulis, quia licet habeant quasi Episcopalem jurisdictionem, hic tamen verè & proprie non sunt Episcopi; & in specie cum aliis quæsitum esset, an facultate concessa Episcopis decreto Concilii sess. 24. cap. 6. etiam inferioribus in locis sue jurisdictionis uti liceat; Die 9. Decembris 1581. Sacra Congregatio censuit non licere.

Ac postremò cum Abbas Aquinatenus Sedi Apostolicæ immediatè subiectus & jurisdictionem quasi Episcopalem habens in subditos declarari postulasset an facultas tributa Episcopis à Concilio decreto cap. 6. sess. 24. ipsam comprehendere: Sacra Congregatio censuit non comprehendere.